



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

De muliere Romana quæ castitatis opus perfecit. Capvt X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

animad
e sibi in
s, de At
cōgre-
onit, &
unctisq;
honore,
teasor.
larichū
os vē-

obsidione cinctam per proditionē capit. ac militibus suis
vniuersis ac singulis permisit Romanorum opes diripere,
vtcumque possent, omnesq; domos eorū deprædari, nisi
quod Asylum esse voluerit, ob reuerentiā Apostoli, diuī
Petri templum illud amplissimum, quod supra illius tum-
bam constructum est & loci plurimum ambit: Ea res in
causa fuit, quo minus Roma protrsus deleretur. Nam illi
qui hic saluati fuerant, urbem restaurarunt, cum eo-
rum ingens esset multitudo.

*De muliere Romana quæ castitatis opus
perfecit.* CAPVT X.

CVM autem, ut credibile est, in huiusmodi ciuitatis ex-
pugnatione multa accidisse, ego quod mihi tum ec-
clesiastica historia dignum cōtigisse visum est, literis
mandabo: Declarat enim viri Barbari factum pium, & for-
titudinem mulieris Romanae in cōseruanda castitate, vtri-
usque autem christiani, sed non eiusdem sectæ, quando-
quidem ille Arieanam, hæc Nicænam doctrinam sectaba-
tur: Hanc igitur per quam formosam conspicatus iuuenis
aliquis Alarichi miles, pulchritudine captus ad concubи-
tum trahebat, reluctantem verò ac vi aduersantē ne quid
obsceni pateretur, ille stricto gladio se interfectum mi-
nabatur, & interim summam illi cutem in collo, quasi qui
ob amorem parceret, perstringebat. Tum illa multo per-
fusa sanguine collum gladio subiegit, optabilius sibi rata
mori cum castitate, quam viuere expertam virum alium,
quam illum, cum quo legitimo matrimonio cōiuncta erat.
Barbarus igitur cum etiamnum maiore cum terrore illam
adortus, nihil adhuc proficeret, admiratus eam ob casti-
tatem, duxit in ecclesiam Apostoli Petri, & traditam cu-
stodibus, & expensis in eius sustentationem sex aureis, ius-
fit ut custodirent marito suo.

*De Tyrannus qui illa tempestate aduersus Han-
rium in Occidente insurrexerint, & quo mo-
do omnes sublati sint ob Honori ergi Deam
pietatem.* CAPVT XI.

Dd v Circa